Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

EXPECTANS expectaui dnm · & intendit mihi 7

Et exaudiuit preces meas · & eduxit me de lacu miseriae ÷ &: de luto foecis 7

Et statuit super petram pedes meos · ÷ &: direxit gressus meos 7

Et immisit in os meum canticum nouum · carmen dō nostro 7

Videbunt multi & timebunt · & sperabunt in dnō 7

Beatus uir cuius est nomen dni spes eius · & non respexit in uanitates & insanias falsas 7

Multa fecisti tu dne ds meus mirabilia tua · & cogitati

Et exaudiuit preces meas · quia ipse mihi innouo testamento refulsit, et eduxit me de lacu inquo immersa eram · cum simulacra mutu adorarem, et deluto fecis, Nam sicut lutus laci fœtidus est atque grauis · Ita et hominum delicta limosa sunt et foetoribus horrescunt,

Et immisit in os meum laudem · utique suam · quia nouus homo uenit in mundum · et nouam legem dedit mundo, Carmen id est laudem lege compositum dō nostro,

Beatus uir · felix illa anima quae habet firmam fidem · et spem directam in xpō, spes enim dicta est quasi stabilis pes, ille habet spem nominis dī firmam · quisolum dnm auidus concupiscit, Uanitas ē a sca religione subita uarietate mutari · Insaniae uero falsae sunt · saxis dnm formasse, dictae insaniae · quia mentē fallunt,

Expectans: Uox ecclesiae · dicit se expectare dnm in promissionibus prophetarum, quia prouidebat prophetae per spm scm xpm in aerne uentorum, Et intendit mihi · per splendorem euangelii · In quo me inluminauit,

Statuit supra petram · id est super xpm, pedes meos · sensus meos, et direxit gressus meos · id est sensus bonorum ecclesiae dirigit, quia unusquisq· per se tortuosus est nisi dirigatur a xpō,

Videbunt multi · ad nuntiatum uenisse · & multa mirabilia fecisse, et timebunt · quia se intellegunt peccatores · et sperabunt · ut eis pristina delicta remittantur,

Multa fecisti · narrat propheta diuina miracula · id est ostendisti patribus nris mirabilia tua multa, non est qui similis sit tibi, Num quid tale est ignitis facibus